



Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

§. 8. Pro eo, qui Consanguineam Uxoris sive in primo, sive in secundo
gradu cognovit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](#)

tumque conjugale exigere, & reddere
licite possis & valeas. In nomine Patris,
& Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Pariter eadem autoritate Aposto-
lica prolem suscepitam, non tamen in
adulterio conceptam, & suscipiendam,
legitimam fore nuncio, & declaro. In
nomine Patris, & Filii, & Spiritus san-
cti, Amen.

4. Si dispensatio facta sit cum iis, qui
cum occulto impedimento criminis con-
traxerunt dicitur in forma dispensationis:
*Ut illo non obstante matrimonium cum
tua putata conjuge contrahere, con-
summare &c.* Porro aliæ formulæ cir-
ca impedimenta criminis non differunt,
nisi in pœnitentiis injungendis.

§. 8.

Pro eo, qui Consanguineam Uxorim,
sive in primo, sive in secundo
gradu cognovit.

I. Quamvis super impedimento oc-
culto affinitatis supervenientis, ad ef-
fectum petendi debitum conjugale, pos-
sint Ordinarii, aliquique privilegium ha-
bentes dispensare; Si tamen recuratur
ad

ad S. Pœnitentiariam, tali hæc utitur
formula:

2. Formula Literarum dispensationis
affinitatis supervenientis matrimonio.

Leander &c.

*Discreto Viro Confessario &c. Pro parte VIII
Latoris præsentium Nobis oblata petitio contine-
bat, quod ipse vesana libidine ductus, Soro-
rem suæ propriæ uxoris carnaliter cognovit;
Propter quod debitum conjugale petendi jus ami-
fit. Cum autem, sicut eadem petitio subjun-
gebat dictus Lator de tam enormis libidinis ex-
cessu, qui occultus est, plurimum doleat, & de-
bitum conjugale exigere licite posse desideret; Ideo
pro suæ conscientiæ quiete cupiditer per Sedem Apo-
stolicam absolvit, secumque desuper dispensari.
Quare &c. Nos &c. Discretioni tuæ committi-
mus, quatenus, si est ita, dictum Latorem ad-
dicta prius ejus Sacramentali Confessione post-
quam omnem recidiuæ conversationis occasio-
nem abstulerit, ab incestus excessibus hujusmo-
di absolvas hac vice in forma Ecclesiæ consueta
injuncta ei pro tam enormis libidinis excessu
gravi Pœnitentia salutari, ac Confessione Sacra-
mentalii semel quolibet mense per tempus arbitrio
tuo statuendum, & aliis, quæ de jure fuerint
injungenda, ipsumque Latorem in dicto matri-
monio remanere, & debitum conjugale reddere
posse, & debere declares; & tamen, si de Latore
ba*

vis incontinentia probabiliter timendum sit, dummodo impedimentum supervenientis affinitatis busmodi occultum remaneat, cum eodem Latore, ut præmissis non obstantibus, idem debitum conjugale etiam exigere licite valeat, misericorditer dispenses in foro conscientiae. Ita quod &c.
Nullis &c.

In Clausulis observanda sunt eadem, quæ in præcedentibus notata sunt.

3. Forma dispensationis danda post absolutionem hæc est:

Et insuper authoritate Apostolica mihi specialiter delegata, dispenso tecum, ut non obstante affinitate, quam contraxisti cum tua Uxore ex illicita copula à te habita cum ejus Sorore, debitum conjugale à tua Uxore etim exigere licet possis, & valeas. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Et pariter eadem authoritate Apostolica declaro te, non obstante praefata affinitate superveniente, in matrimonio cum tua Uxore remanere illique debitum conjugale reddere posse, & debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

PARS



P A R S V.

De formulis absolutionum,
dispensationum, rehabilitatio-
num, & fructuum condona-
tionum.

§. I.

Prænotanda in his materiis.

1.

ACENSURIS, & reservatis absolvit, ve-
l AMANDAT ABSOLVI Pœnitentes S. Pœ-
nitentiaria, non solum occultis, sed
etiam publicis, ita tamen ut casus oe-
cultos committat Confessariis Simplici-
bus, publicos verò Ordinariis.

2. Dispensat vero, rehabilitat, & con-
donat in occultis tantum, & super his
Brevia committuntur ut plurimum Con-
fessariis, quandoque etiam Ordinariis
locorum.

3. Casus publici, in quibus ad S. Pœ-
nitentiariam recurritur sunt duo: Inje-
ctio manuum violenta in Clericum, &
duellum. Ab his, si Pœnitens absens sit
datur facultas absolvendi Ordinario.
Si accedat ad Urbem committitur facul-
tas à Majori Pœnitentiario alicui ex Pœ-
nitentiariis minoribus trium Basilicarum

A qua